

Band VI., Nr. 1739, Seite 139

Der Kämmerer Heinrich von Biegenburg und seine Söhne übergeben das Eigentum an allen ihren Besitzungen mit dem Patronat der Pfarrkirche und der Pfründe in Altshausen an das deutsche Hospital in Jerusalem.

Altshausen, 1264. Februar 9.

In nomine domini. Amen. Litigandi materia penitus subprimitur et future questionis dolus totaliter conculcatur, cum humana discretio non solum fragili testimonio mortalium innititur, sed sua negotia laborat scripturarum testimonio roborari. Nos igitur Hainricus camerarius de Bigenburc una cum Hainrico, Conrado, Dietone, filiis nostris ad singulorum et omnium memoriam perducimus et scripto presenti futurorum noticia declaramus, quod nos gloriose dei genitricis Marie laudes extollere cupientes ac unigeniti filii sui domini nostri Iesu Christi repromissiones humiliter intendentes proprietates omnium earum possessionum, quas apud Alshusen possedimus, pro aumento divini cultus, ut dies nostros finire in suis laudibus nos concedant, hospitali sancte Marie domus Theutunicorum Ierosolimitane cum iure patronatus parochialis ecclesie ac prebende, agris, terris, pratis, pascuis, usuagiis, molendinis, aquarum decursibus, piscariis, nemoribus, hominibus nec non cum omnibus suis appendiciis, cultis seu incultis, tactis et intactis, dono caritative traditionis perpetuo contulimus quiete ac pacifice possidendas, omni repetitioni, actioni sive querimonie, que nobis ecclesiastici vel secularis auctoritate iudicii posset competere, renuntiantes per presens publice instrumentum. Huius rei testes sunt: frater Rüdolfus et frater Hermannus de Scaffhusa¹, frater Iohannes de Lewental, frater Bruno de Altdorf, domini: Ortolfus de Hasenwilar, Conradus et Ortolfus fratres de Hasenstaine, Manstocus de Rauensburc, Conradus et Hainricus fratres de Ruti, Vlricus et Fridericus fratres de Stubun, . . . Ordenarius, Hainricus de Wachingen², milites, magister Peregrinus, magister Hainricus minister de Bigenburc, Wern. Huzo, . . . Pfafenhouen³, Herbordus rector ecclesie de Richenbach et alii quam plures. Ne autem fratribus hospitalis domus pretaxate aliqua in posterum possit aut debeat in donatione per nos ipsis facta calumpnia suboriri, presens instrumentum ad eorundem cautelam sigillo nostro tradidimus roboratum.

 Actum in ecclesia Alshusen, anno domini millesimo ducesimo sexagesimo quarto, V. idus Februarii, VII. indictione.

¹Vielleicht Schaffhausen am Rhein.

²Ober- bzw. Unterwachingen.

³Vielleicht mit dem ehemaligen heute in Owingen aufgegangenen Pfaffenhofen in Verbindung zu setzen.



Der Textabdruck folgt dem Original.

 An weißen Leinenfäden das Siegel des Ausstellers, Heinrich von Biegenburg, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 1469 (WUB, Bd. V, S. 236); Umschrift: + *Sigillum* H . . . RICI . CAMERARII . DE . BIGE . . RC.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

B 343 U 4

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Altshausen

Ortsindex:

Altshausen Wohnplatz (18642)
 Altshausen, RV
 Blitzenreute : Fronreute RV
 Blitzenreute Wohnplatz (20992)
 Hasenweiler : Horgenzell RV (Wohnplatz)
 Hasenweiler : Horgenzell RV (Wohnplatz)
 Hasenweiler Wohnplatz (20938)
 Löwental Wohnplatz (17890)
 Löwental, Friedrichshafen, FN
 Oberwachingen Wohnplatz (17727)
 Oberwachingen, Uttenweiler, BC
 Pfaffenhofener Mühle : Owingen FN
 Pfaffenhofener Mühle Wohnplatz (18203)
 Ravensburg Wohnplatz (20120)
 Ravensburg, RV
 Reichenbach Wohnplatz (17085)
 Reichenbach, Bad Schussenried, BC
 Reute Wohnplatz (20585)
 Reute, Wilhelmsdorf, RV
 Schaffhausen, Kt. Schaffhausen, Schweiz
 Stuben Wohnplatz (18647)
 Stuben, Altshausen, RV
 Unterwachingen Wohnplatz (16969)
 Unterwachingen, UL
 Weingarten RV
 Weingarten Gemeinde (20557)